

Oefening met CUM (prepositie / conjunctie)

¶cum = conjunctie (kenmerk: samengestelde zin, vrijwel nooit ablativus er meteen achter)

+ IND ¶ temporeel (toen, wanneer); cum primum (met IND PF) = zodra

+ CON ¶ temporeel (toen), causaal (omdat), concessief (hoewel), iteratief (steeds wanneer/als)

¶cum = prepositie/voorzetsel + woord(groep in) ablativus (vaak meteen er achter): vertaling “samen met” mogelijk!

¶cum ... tum = niet alleen ... maar ook, weliswaar ... maar (met IND, met CON bij causaal/concessief verband tussen de twee zinsdelen)

1. Cum Athenas venissem, cum amicis Piraeum petivi.
2. Cum amico optimo in urbe ambulabam.
3. Cum amicus optimus in urbe ambulabat, multos Graecos vidit.
4. Cum multos Graecos video, Athenis me esse puto.
5. Cum amicis optimis Athenis sum, cum Romae esse semper malim.
6. Cum ad Urbem aeternam proficisci vellem, semper amicis meis dicebam.
7. Cum Romam valde amem, proximo anno iterum visam.
8. Cum Romam cras deseruero, statim epistulam tibi scribam, cum primum licet.
9. Vobiscum Romam quam primum proficisci volo, cum ibi hiems sit.
10. Cum Didonem amaret, Aeneas Carthaginem reliquit.
11. Cum Didonem amaret, Aeneas Carthagine diutius mansit quam dei voluerant.
12. Cum Didone in eandem speluncam devenit, cum imbres terras vexabant.
13. Cum id feceris, te valde laudabo.
14. Cum id feceris, te tamen non punio.
15. Cum ille vir te abesse sentiet/senserit, profecto irascetur.
16. Cum eo ieris, ibi multos discipulos pigros invenies.
17. Cum eo semper in silvis ambulabat.
18. Cum eo saepe in silvis ambulabat, cum eum non putaret/aestimaret amicum optimum.
19. Cum Graeci Philoctetem in insula parva reliquissent, Troiam petiverunt.
20. Cum Philoctetes in insula parva relictus esset, Graeci Troiam petiverunt.
21. Cum Philoctete Graeci non Troiam petiverunt.
22. Philoctete in insula parva relicto Graeci cum sociis Troiam petiverunt.
23. Telis urbem diu obsidebant.
24. Cum sociis urbem diu obsidebant.
25. Cum Graeci tum Romani linguam pulchram loquuntur.